Sapit Amarè.

# MANGOLDUS

CARYOPHILLUS Indicus. FLOS X. Indianisch Nägelein;

BLASIADUM in *HORTO non* FLORI- *sed* AURIFODINAM
FOECUNDA *effusam in* PUERPERIA
*JURAVERIS,*
*Cùm tot* AUREA *FLORUM fulgurent* CAPITA

## THEOPERTI, MANGOLDI,

*Divite Virtutis nitore vel Posteris adhuc spectatissimi*
THEOPERTI Palingenesis in MANGOLDI scatet Flore,
Uterquè Probitatis AURò
Fratrum Auri sacræ Fami oportunè medebatur;
Rarior tamen MANGOLDUS, quia Flos INDICUS,
*Vel ex Nomine* GERMANICUM GERMINANS AURUM
*Monasterij fortunis* Aureum genuit PATRIMONIUM,
*Felicior* MIDAS
*Felici* Oeconomiâ *totum etiam* deauraturus *Monasterium,*
*Invida nisi* Lachesis, *Amarô satis BLASIANORUM* Risu
*Languorum* Aurichalcô
*Obrizum hoc* adulterâsset Aurum.

## Eberhardos tamen, ac Henricos

Non tam Auri INSTITORES
Quàm Disciplinæ INSTITUTORES
Quæstuosos Monasterij instituit Archimandritas,
AUREÆ *Æternitatis tandem, quia* AUREUS FLOS
INSERTUS *est* SERTO.

ANNO

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/reble1716/0281
© Universitätsbibliothek Freiburg